

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Cor siue mens o
cum fonte primo

Solus is regnat qui deposito cordis imperio
legibus rationis ordinat totam familiam
motuum interiorum et exteriorum.
Si consurgat leonina rabies, punitur per pacienciam;
si petulancia hyrci, per abstinenciam;
si ferocitas apri, per mansuetudinem;
si superbia unicornis, per humilitatem.
Non inuenitur autem inter ceteras artes liberales
ars ista pre aliis liberalis
qua tenetur cor quod omni mobili mobilius est,
quod omni lubrico lubricosius est.

Hugo libro III. de anima.

Solus is regnat, qui deposito cordis imperio,
ad leges rationis ordinat tatam familiam
motuum interiorum et exteriorum.
Si insurgit rabies leonina, premitur per patientiam:
si petulantia hirci, per abstinenciam:
si ferocitas apri, per mansuetudinem:
si superbia unicornis, per humilitatem.
Non inuenitur autem inter caeteras artes liberales
ars ista prae aliis liberalis,
qua teneatur cor quod omni mobili mobilius est,
quod omni lubricosius est.

Pseudo-Bernardus Claraeuallensis, *Tractatus de
interiori domo*, 12-13 (PL 184, col.518B-C).